Torunia ad 20 marty. 1625.

In Comitijs Warsaviensibus, nihil conclusum, eoq ad gravamina Nobilitatis, non pro velle horum, est responsum. 1. Petierunt liberam electionem, pri, vilegio roborari. Consentit Rex. 2. Varmi, ensem Episcopatum, amplius non dari Regulo, et prae, sentem teneri, iuramentum Senatorium praestare, ubi adoleverit. Respondit Rex: Iure Donationem sibi competere. Filium, si voluerit esse Senator Polonicus, praestiturum iuramentum, instar aliorum. 3. Ne capitaneatus plures, ad oeconomias sibi usur, paret. Resp. In hac rerum caritate, potius augendos esse Regios reditus, quos tamen pro iure suo sibi non usurpat, minori contentus. [alludit Rex, sibi 3, Rava quartam, et Capitaneo quintam quotam, prout antiquitus deberi. 4. Ne bona Nobilium ipse, vel Regina emat, Emptaq iterum vendat aut donet. Resp. Iniquum. 5. Ut Compositionem inter Status promoveat. Resp. Compo, nant. Se nihil magis optare. 6. Salem more veteri Palatinatibus sistat. Resp. Propter magnitudinem expensarum fieri non posse. Aliquibus tamen spes facta. 7. Ut Fidem graecam non opprimat. Resp. Non fieri. Imo recenter Wladikum non unitum se dedisse. 8. Ut Commissio Bilestensis procedat. Resp. promissum. 9. Ut pecuniae meliores cudantur. Resp. Valorem demittant talerorum. Sic hoc futurum.

FR. TIDÖ-SAML.

Bellum Sueciam improbatum: nisi Suecus de novo offenderit: ad annum. Quod si Danus, Suecum ut fama est, infestabit, felicius Regi nostro oĩa cadent: qui procul dubio, ut ut improbante Republica, privatis Viribus Suecum aggredietur.

Imperatoris Legatus palam petyt Commissarios ad limitum, inter Siles. differentiam componendam. Promissum.

Lissovienses Cosaci, quorum virtus ad rapinam in mutes elata, restitui, negatum. Dabitur salvus conductus, ad comitia futura.

Ut Imperator militem hic colligere possit, qui ultra limites erit lustrandus. R. Exitum et reditum Cos. militis, Regno gravem.

De Breda liberatione, nulla videtur spes restare. Gallum forte interni retrahent motus. Tantum potest, pondus auri Hispan.

C

Diese Zeitung ist zwar schon alt, dann sie albereit in Reichstag [illegible]
[illegible]

pour Mr. [illegible]

R. T.